

**Augustus Varenius, SS. Th. D. Hebraicorum & Catech. Christ. in Univ. Rostoch.
Prof. Ord. Ad Divinissimae Accentuationis Biblicaem tum Prosaicae tum Metricae,
& SS. Linguae Hebraicae Collegium. D. 3. Octob. ...Eximios, & Praestantißimos
SS. Theol. Studiosos peramanter invitat : [P.P. Rostochii Dom. XIV. Trin. Anno cl
Ic LIII.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1653]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn740000489>

Druck Freier  Zugang



R. N. Mus. 1653

Varenius, August/C



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740000489/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000489/phys_0002)

DFG

74

AUGUSTUS VARENIUS, SS. Th.
D. Hebraicorum & Catech. Christ. in
Univ. Rostoch. Prof. Ord.

Ad

Divinissimæ Accentuationis Biblicæ
tum Prosaicæ tum Metricæ, & SS. Linguæ
Hebraicæ Collegium.


D. 3. Octob, h. 1. mer. inchoandum.

Eximios, & Praestantissimos SS. Theol. Studioſos
per amanèr invitat;

Thematis loco, examinantur breviter rationes
ARCANI anonymi; reverâ autem
L. CAPELLI.

De punctatione vocalium & Accentuum.

ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.



1653.

DE punctorum vocalium & accentuum
 (idem enim & commune his post Bata-
 vos, ex Germania qvoq; movetur bellum)
 antiquitate & autoritate, qvam divinam,
 infallibilem & unicè necessariam ad soli-
 dam iuris Biblicæ ès φάλεων, hacte-
 nus in publicis lectionibus, exemplari evidentia osten-
 dimus, & per decennium jam vendicavimus, non æqvè
 sentire tūm nonnullos Academiarum Dd. tūm qvosdam
 ita doctos. Studiosos nostros discentes comperimus. Et
 horum qvidem judicio veniam lubentes damus: qvia
 enim Magistros sequuntur, & hoc ipso magno Studii
 Biblici onere levantur, condonandum illis est tantum
 compendium: at ipsos Ecclesiæ & Academiarum qvos-
 dam Dd. sine exactâ accentuationis Biblica notitiâ, ante-
 ponderata causæ merita, non tām judicium: qvām bonæ
 causæ præjudicium, idq; pro autoritate, & quasi ex ca-
 thedrâ Mosis, Areopagitârum more, pronunciare: Accen-
 tuationem inventum esse Rabbinicum, mērē humanum, incertum,
 pro lubitu tollendum, sive mutandū, paradoxon intolerabile,
 & neq; vaqvam condonandæ, inter Orthodoxos sanè (Bel-
 larminum enim, vel aliquem ex Calvinis seu Socini Scholâ
 nunc non tangimus) blasphemæ licentiae, semper æstima-
 tum nobis fuit. Excusamus omnino magnum nostrum
 Lutherum, qui de punctuatione & accentuatione, prout
 tūm illa fuit in pravâ Rabbinicâ applicatione, aliquando du-
 riuss videtur dixisse, si tamen illa dixit unq; am Lutherus,
 & illam hic postulamus בְּרִנָה sive בְּרִזָה quæ in Epistola-
 rum Catholicarum e.c. JACOBI, item, ad Hebræos epistolæ
 censuris & præfationibus ultrò datur. Illis; seriò indigna-
 mur

mur, qvi Rabbinorum qvorundam sententias secuti, vel ab illis sunt decepti, vel ipsi insigniter aliquando sunt mentiti, in qvâ classe eminet Gilbertus Genebrardus, & illi, qui ex uno ELIA Levitâ, tâm aspero totam accentuationem supercilio despexerunt nostro seculo. Volitavit per multos jam annos scriptum à Th. Erpenio ἡλυγλωσσω commendatum, de cœtero anonymum, sub titulo: קור הנקור הנגלה s. Arcanum punctationis revelatum, cum appendice de TETRAGRAMMATO. Scriptum hoc veluti נס s. Vexillum & signum fuit, sub qvo copiæ conscriptæ educerentur in Reges, Duxes, Dynastas Biblicos, & miseros vocalium apiculos. Cœterum irrita fuit illa πνευματια, per qvam ne ipse qvidem Jerach, vel Kybutz, vel Karnephara plagam letalem sensit. Id miramur, qvotqvit post illud, has lucidas scripturarum stellas obscurare, vel Sanctissimi ☸ punctuationem solicitare cum propriâ nominis obscuritate, tentaverunt, tâm fideliter potuisse exscribere ex Arcano Capelli, ut si excerptas ex illorum disputatiunculis, qvæ merito sibi Capellus vendicat, moveat cornicula risum, furoris orbata coloribus. Post Talmud, conscriptam, & Tiberiensibus Masoretis acceptam ferendam punctuationem & accentuationem, Biblicalam, thema est Arcani. Sed id solidè retudit, & mendacium esse convictit, tûm alibi, tûm in Tiberiade Buxtorfius, cuius hîc est invictus Syllogismus: Quicunq; 1. punctuationem & accentuationem velut jam suppositam subsensu ram revocarunt. 2. judicium de illâ per nosas Masoreticas incredibili cum religione iulerunt. 3. vel centies exemplaria propter unius vel alterius loci dubiam punctuationem & accentuationem contulerunt &c. illi non tûm demum puncta & accentua excogitarunt: sed jam antea à divinis scriptoribus addita &

in quibusdam M. S. S. codicibus corrupta, penitus examinarunt
& emendarunt. Atq; Masoretha &c. E. Minorem probat
prolixè Tiberias, qvam legit. Nobis sanè hic Syllo-
gismus à posteriori sumptus sufficere, & ömnes Magistra-
les de antiquitate quæstiones præscindere debet. Quod-
cunq; 1. Sensem, per consonantes adhuc dubium, determinat. 2.
nexum, respectum vocis ad vocem, casum legitimum, distinctam
resolutionem Versuum & propositionum accurate signat. 3. & per-
petua est certitudinis, & majoris qvā scriptio textus per conso-
nantes, laboris, 4. perpetuò textui & sensui analogū, ejus non potest
non esse origo Jeōp̄neus &c. Atq; punctatio vocalium & accentuum
&c. Hoc Stereomate supposito, non magis æstimamus
Item de antiquitate: qvā de barba Petri, vel caudā canis
Tobit: ci, vel laternā Nicodemī. Licebit, qvibus otium est, hic
βαλανοφαγεῖν, & admirari grande illud Arcanum Capelli.
Et sanè, quale hic arcanum subsit, ipse prodit, dum in ex-
aggeranda ad nauseam usq; autoritate ELIÆ LEVI-
TÆ, hæc expressa verba habet: FANTUM GLO-
RIÆ LEGIS DIVINÆ DECEDIT, quantum
ab Eliâ Levitâ Masorethis tribuitur. Annon insigne arca-
num fateri per dogma de autoritate accentuationis humana,
& Tiberensi. Masoreticā, MULTUM GLORIÆ
LEGIS DECEDERE? Et qvæ consequentia in argu-
mentis Capelli, qvibus oppugnatur illa LEGIS DI-
VINÆ GLORIA? Unius Eliæ Levitæ autoritatem in
acie ponere, annon prodit nugamentum? Opponi pos-
sunt Judæi vel mille? nec ipse Kimchi, nec Abenesra al-
legatus à Capello hic deferent meliorem causam, conf.
hic Exod. 18. 3. 4. & in Ps. 20. v. ult. Punctuationem & ac-
centuationem fuisse sine scriptione conservatam solum oralis tradicio-
ne, assertū est Salisburcense. Annon judaizantis vel Judæi?
annon

anno sic errores Tiberienser, ponuntur supra prophetas, &
memoriæ supra humanam maximæ Volumen legis, in Syna-
gogā Iudaicā assertum, non est accentuatum: Cabala item non
exstruitur, nisi ex solis consonis: obij. Capellus. At quæ hic est
conseqventia? E. accentuatio nō est divina, textui coeva. Obij.
in toto Talmud nullam fieri punctorum mentionem. Annon suf-
ficit qvod memorentur in sensu, טעמים? conf. lib. Mor-
enaiim, & Massches Brachos. Objicit illud Talmudistarum
אל הקריאה אף לא בך. Sed quid si hodie e.c. §. 50. v. ult. Es.
§. 30 dicam? Ne legas נָדַע? sed נִמְאָן in Chaldæo. E.
hodienum non est punctatio? Addatur, qvod usus illius
formulae fuerit in סְכָנָה אֶלְךָ: non sensu literali. Quia
cū formula illa Rabbinica etiam consonantes concernat,
vel concedendum, ipsam qvoḡ scriptiōnem consonantium non
esse divinam, & sic nulla erit γένεσις θεόντευς®, vel non ob-
stabit, quò minus & ipse חֲבֵשִׁים sit θεόντευς®. conf. §.
17. §. 18. §. 20. p. 60. §. 6. p. 62. §. 7. Sed illud ipsum pariter
ARCANO nō est arcanum: ita enim à literis s. consonantibus
ad puncta argumentatur negativè cap. 6. §. 6. & 7. ut jam plus
credendum sit Samaritanis, omnium mortalium, etiam
in domesticā historiā, ignarissimis, qvām nostro MOSI.
Sed, inquit Arcanū, פְּנַתְּחָנָה est consonantium. At, inqvā,
an omne רֹקֶם est vocum, etiam juxta formam puncto-
rum? Qvare ergo Masora notavit שְׁרָשָׁי Cant. c. 5. 2.
cum Dages in Reschiqva e Globai Atanacharum cum Patach
Ps. 84. ii. & 86. 2. conf. Ezech. 9. 8. Dan. i. 13. Lev. 5. 22.
LXX. & Chaldæi objiciuntur, non tamen erraturi, si habu-
issent puncta vocalium & accentuum c. 8 & 9. Annon in-
signe adversarii testimonium? Ipse ergo fatetur, absen-
tiam accentuum in interprete causam esse infinitorum.

errorum. Relinqvimus ergò aduersæ parti errores & seqvimus accentus Duces: non tām erraturi, qvām qui non seqvuntur, fatente Arcano. Objicitur silentium Hieronymi. Cœterum præterqvam, qvod à silentio Hieronymiano, ad non existentiam צורה הטעמים, nulla est consequentia, omnino Hieronymus accentuum meminit, et si per tenebras seculi & Doctoris Rabbini penetrare non potuit. Peregrina & absona punctatio objicitur: 2. Reg. 13. 28. Deut. 28. 27. 30. prodigiosa punctatio ab ARCANO aestimatur. Annon prodigium, ex Sanctissimâ scripturarum σεμνότητι prodigium facere cunctis immanius Hydris? Et licebit Arcano scrutari עפליים, & nobis relinquare scrutiniū maximè illorū טהורי הוהב 1. Sam. 6. 17. Habeat sibi שגולה & nobis relinqvat שכיבת קרי. Tollit tale prodigiūsanctior Masora. Illud autem קרי vocum conjunctarum quid ad scopum? Annon hoc maximè est circa consonantes? & an punctatio כהרב semper est punctatio קרי conf. 2. Sam. 14. 21. 22. Barbaram vocat, Arcanum barbarum, nomenclaturam accentuum. Non id concesserit Salmasius non barbarus, in Ὀἰλέγιο Hellenist. p. 305. Sed esto barbara. Non de nomeclatura qværitur, qvæ mutabilis esse potest: sed de ipsâ accentus substantiâ & figurâ. Et est tamen hæc ipsa nomenclatura supra-Talmudica. Illa verò revelato Arcano indigna est objectio c. 13. 14. 15. De nullitate fundamenti distinctionis vocalium. Qvæ enim consequentia, à Doctore ad doctrinam, vel disciplinam sive affirmativè sive negativè? Doctor lingvæ potest carere Schwa muto, Dages, Mappic, E. & doctrina. Sic super vacaneos accentus §. 7. c. 16. l. 1. Sic olim Hebraicis non punctatis, literas זיה symbola fuisse punctuationis, c. 18. uti & id qvod toto c. 17. proponit, mendicabulum est sententiae,

Sci-

Scilicet hæc erit machinā illa, qvā *Accentuationis* omnisq;
ad eō *punctationis* genuinam antiquitatem, & veram *autorita-*
tem de jicere licebit arcano? Nostrū est, de Sanctis sanctè,
sine præjudicio causæ judicare, & procul abesse ab illis, de
qvibus propheta in tonat: *הָלֹו קְרַשְׁחַמְסָוֶתְּהָ* Zph. 3.4.
Praxin Nobilissimā hujus *Accentuationis* doctrinæ
in ipso *Curriculo Mosaico*, quod ante 6. septi-
manas ingressi sumus, Deo propitio, sōpius, & ad
evidentiam usq; ostendi: & vix ulla sine hoc prin-
cipio nobis abit lectio: neq; tamen inde vel *no-*
vam metamorphosin, vel *monstra transmarina* edu-
cimus. Procul ab illa *in sanienti Sapientiā* sumus, &
sanctitatem scripturarum tanti æstimamus, ut
pro sacrilegio æstimemus illam privatarum spe-
culationum licentiam & *idias ἐπιλύσεως* monstrum,
cui lumen ademtum. Testabitur *Auditorium publi-*
cum, in quo aliqui sunt, qui per multorū annorum
scrutinium hæc studia æstimare possunt. Publicè
autem signifco, me ad laudatissima Eximiorum
& quorundam Dnn. Studiosorum deside-
ria, Collegium *Accentuationis Biblicæ, Grammaticæ*
item *Exemplaris*, seu *practicæ*, crastino d. horā i. post
meridianā in *Lectorio* meo *privato*, sanctissimo EL-
SCHADDAI nomine invocato, inchoaturum.
Scopus noster erit accuratior *Scripturarum He-
braicarum LECTIO, RESOLUTIO, INTER-
PRETATIO*: huic fini *Grammatica Biblica* ad

qva-

quadrantem horæ singulis lectionibus, succinctè
& perspicuè proponetur : ex professo autem, in
residuo horæ, ACCENTUATIO BIBLICA
sine quâ, nec LECTIO, nec RESOLUTIO, nec
INTERPRETATIO, nedum *sensus* Biblici so-
lida *propositio* constat, explicabitur. Adeste Dnn.
STUDIOSI! intereste frequentes illi Studio,
quod ab infinitis glossarum miserrimarum mole-
stiiis vos liberare, & jucundissimo pariter, ac san-
ctissimo per totam vitam fructu beare proterit, &
Si ipsi volueritis, beabit. Valete: P.P. Rosto-

chii Dom. XIV. Trin.

Anno clo loc LIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740000489/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000489/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740000489/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000489/phys_0012)



Scilicet hæc erit machinâ illa, qvâ accentuatione
 adeò punctationis genuinam antiquitatem, & ve-
 tem de jicere licebit arcano? Nostrū est, de Sa-
 fine præjudicio causæ judicare, & procul abe-
 qvibus propheta in tonat: ל קרשַׁה מְסֹרָה תְּהִזֵּה
 Praxin Nobilissimæ hujus *Accentuationis*
 næ in ipso *Curriculo Mosaico*, quod an-
 manas ingressi sumus, Deo propitio, so-
 evidentiam usq; ostendi: & vix ulla si-
 cipro nobis abit lectio: neq; tamen i-
 tam metamorphosin, vel monstra transm-
 cimus. Procul ab illa *in sanienti Sapientia*
 sanctitatem scripturarum tanti æstiu-
 pro sacrilegio æstimemus illam priva-
 culationum licentiam & idias ἐπιλύσεως in
 cui lumen ademtum. Testabitur *Auditio*
 cum, in quo aliqui sunt, qui per multorum
 scrutinium hæc studia æstimare possunt
 autem significo, me ad laudatissim-
 rum & quorundam Dnn. Studiosori-
 a, Collegium *Accentuationis Biblicæ*, G-
 item *Exemplaris*, seu *practicæ*, crastino
 meridianâ in *Lectorio meo privato*, sancto
 SCHADDAI nomine invocato, incli-
 Scopus noster erit accuratior *Scriptu-*
braicarum LECTIO, RESOLUTIO,
PRETATIO: huic fini *Grammatica*.



the scale towards document

092

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 092